



3,83
518 4
1768, 1.

DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE
PROTVTORIS OBLIGATIONE
EX IVRE ROMANO
PER STATVTA HAMBVRGENSIA
NVNQVAM ABROGATA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO II.

HASSIAE LANDGRAVIO PRINCIPE HERSFELDIAE COMITE
CATIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE NIDDAE
SCHAVENBVRGI HANOVIAE
AC RELIQA

PRAESIDE

IOANNE NICOLAO MOECKERT

PHILOSOPHIAE ET IVRIVM DOCTORE EORVMQVE ET MORALIVM
PROFESSORE PVBL. ORD. H. T. FACVLTATIS IVRIDICAE
DECANO

DIE III IVLII *cl b* CCLXVIII

PRO

CAPESSENDA IN VTROQVE IVRE LICENTIA
PVBLICE PROPVGNANDAM SCRIPSIT

AVGVSTVS FRIDERICVS LODDE

SERENISS. AC REVERENDISS. EPISCOPI LVBECENSIS CANCELLARIAE ADSESSOR
ET IN CVRIA HAMBVRGENSI ADVOCATVS.

RINTELII

STANNO I. G. ENAX, ACADEMIAE A TYPIS.

DISSERTATIO MEDICA IN NOVARIIS
DE
PROTVTORIS ORLIGATIONE
EX IVRE ROMANO
PER STATVTA HAMBVRGENSIA
NOVAM ABROGATA

CVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINO
DOMINO

FRIEDERICO II
HABER LANDGRAVIO PRIMICE HEREDITARIE COMITE
CATALIBOR DECIAR NIGERHARAR JNDAR
SILVARIARVORV HANOVAR
SA BRVIA

PRESIDE
IOANNE NIGOLA MOECKERT
MAGISTRO THEOLOGICO DOCTORE ROTVNDI ET MORALIVM
THEOLOGICE ET IURIS OBO ET FACULTATIS MEDICAE
ORDINARIO

DIE VNIUSIUS OCTAVI
PRO
CARPENSIDA IN VIKOIVE IURE LICENTIA
AVGVSTVS FRIDERICVS LODDVS
MAGISTRO THEOLOGICO DOCTORE ROTVNDI ET MORALIVM
THEOLOGICE ET IURIS OBO ET FACULTATIS MEDICAE
ORDINARIO

HANOVIA
ATQVE IN REG. KANX. ACADEMIAE A THEOL.



HAMBVRGENSIVM
REIPVBLICAE ELABORATISSIMAE
MAGNIFICIS DOMINIS
DOMINIS
CONSVLIBVS

NEC NON

OMNI CONSESSVI
GRAVISSIMO
PATRVM
CON- ET ADSCRIPTORVM
ILLVSTRIVM CONSVLTISSIMORVM
VERE SAPIENTVM
ET AMPLISSIMORVM

AVITAE
RELIGIONIS IVSTITIAE LIBERTATIS
CAETERORVMQVE IVRIVM
PATRIAE DVLCISSIMAE
ASSERTORIBVS ET DEFENSORIBVS
SPLENDIDISSIMIS VALIDISSIMIS
MV SARVM MELIORVM
STATORIBVS OPTIMIS
CLIENTIVM SVORVM
TVTORIBVS ET FAVTORIBVS
MAXIMIS
PVBLICVM HVNC MEDIOCRIS INGENII PARTVM
PROLIXA ANIMI PIETATE

D. D. D.

AVGVSTVS FRIDERICVS LODDE.



DISSERTATIO INAUGURALIS

DE

PROVTORIS OBLIGATIONE EX IVRE RO-
MANO PER STATVTA HAMBVRGENSIA
NVNQVAM ABROGATA.

§. I.

Varia quidem, quae dissertationi meae infervire
possent, ex Statutis Hamburgensibus
legi argumenta; sed, acrioribus eadem re-
legendo oculis, vel ab alio jam ventilata
certe comperi, vel justo saltem dubio sub-
formidare potui: ne messi alienae plagiarium, (insons
licet,) falcem immisisse arguerer. Tandem ad causam
actione protutelae innixam vocatus, legum autorumque
i placita sic disquisivi: ut facile intellexerim hoc, quod
coram sisto, dissertationis rubrum vix ac ne vix quidem
in cathedram unquam delatum, publica tamen propu-
gnatio-

gnatione pridem dignum fuisse. Et ne quid dissimulem, incidi in hanc quaestionem, cum cujusdam in foro defenderem causam. Suadentibus rebus ita stantibus, quaestio praesudicialis erat excutienda, utrum, quae jure communi de protutore dicuntur, apud nos, applicari queant? Transibam in sententiam eorum, usum juris Romani in foro Hamburgensi hac in re tuentium. Conabor igitur pro eo modulo, quem animi vires ferunt, et solita negotia mea non omnem sibi vindicant, protutoris obligationem ex jure Romano per Statuta Hamburgensia nunquam abrogatam, breviter strictissimeque pertractare.

§. II.

TUTORVM DIVISIO, ET OFFICIUM.

Nemini non constat, tutelam in defensione consistere impuberis, et tutorem esse eum, cui publicum a) tutelae munus committitur. Quia vero munus hoc ex testamento, per legem, vel a magistratu vel ex pacto deferri potest; varias in jure tutorum denominationes audimus: dum alii testamentarii, alii legitimi, alii dativi, alii patitii b), nuncupantur. Neque tutoris persona nudo conspicitur ornata nomine, onus ei imponitur, pro virili sustentandum: ut nempe principaliter c) pupillum, qui se per aetatem tueri nequit, defendat, et secundo d) pupilli facultates et jura quaevis, quae una voce bona dicuntur, conservet, atque modo omnia exacto tutelae tempore restituat. Duplex hic tutelae finis obligationem necessario involvit, et postulat, ut

ut tutor defensionis atque administrationis rationem reddat, e) nec non teneatur pupillo damnum, five dolo five culpa datum, refarcire. Quae obligatio ne inanis et illusoria foret, leges pupillo caverunt tacita f) bonorum omnium tutoris hypotheca, et illi adversus istum actionem tutelae g) directam concesserunt. Non tamen nego, tutoribus quoque insignia jura cum actione tutelae contraria esse permiffa, sed, quum nostri jam non sint instituti, haec consulto praetereo.

a) Princ. Instit. de excus. tut.

b) DAN. NETTELBLADT *Hällische Beiträge zu der juristischen Gelehrten Historie*, Tom. I. num. IV. ubi de fatis doctrinae de pæctitia tutela uberrime agitur.

c) L. I. ff. de tutel. Et in subsidium vocanda L. 12. ff. de testament. tutel.

d) L. 12. ff. §. 3. et 4. de administ. et peric. tut.

e) L. I. et tot. tit. ff. de tutel. et rat. diftrah.

f) L. unica C. de rei ux. act.

g) Ante cit. tit. ff. de tutel. et rat. diftrah.

§. III.

PROTUTORIS NOTIO.

Protutorem leges Romanae dicunt, qui pro tutore munus tutelae privato ausu gerit. Protutor ergo ex regula verus tutor non est; ea tamen, quae tutoris sunt, agit, id est: sua sponte pupillum defendit, hujusque bona, vel omnia, vel quaedam, administrat. a) Idque, testante jure Romano, duobus fieri modis potest:
five

five se putet tutorem, five sciat non esse, fingit tamen esse. Utroque casu protutor merito a nobis dicitur, quia primo se credit, altero saltem se fingit verum esse tutorem. Imo qui, cum tutor revera sit, nescit, se testamento esse datum, gerere pro tutore quoque dicitur. *b)* Interdum protutor nomine quasi tutoris venit, alias enim hic illi opponitur. Quae de eo, qui pro tutore gerit, dicuntur, ad eum, qui pro curatore se gerit, si mutet ea, quae naturae curae forsan repugnent, applicari possunt.

a) L. 1. ff. de eo, qui pro tut.

b) L. 3. eod. tit. VLR. HVBERTI praelection. jur. civil. P. II. lib. 27. tit. 5.

§. IV.

OBLIGATIO PROTUTORIS.

Etsi potestas ejus, qui pro tutore gerit, non sit eadem veri tutoris, adeoque alienatio ab eo, aut ejus auctoritate facta, non valeat, cum expressis verbis traditum legimus, non eandem hujus, quae tutoris, esse rerum pupilli administrationem, eumque apud Romanos, ante finitam quoque tutelam conveniri potuisse, ratione tamen obligationis & vinculi, quo pupillo obstrictus est, a vero tutore non differt. Equidem non omnes ICI eandem amplectuntur sententiam. Sunt enim, qui statuunt, protutorem plane cum negotiorum gestore convenire, e quibus unum nominare liceat, b. i. G. SCHAVMBURG, *a)* qui hac de re suam ita exprimit mentem: „Habetur ille, qui vice tutoris fungitur, negotiorum gestor, quia

quia pupilli negotia gerit, alias, deficiente pupillo, ne nomine quidem a negotiorum gestore distinguitur l. i. §. 6. ff. de eo, qui pro tut. Indeque actio protutelaē adversus protutorem, cum ea, quae adversus negotiorum gestorem instituitur, plane coincidit, uti ex l. i. §. 9. cod. tit. & comparatione inter utramque actionem instituta, per se patet. „ At mihi alia sedet opinio, ratio, eum qui pro tutore agit, non solum subire onus negotiorum gestoris, sed quoque eodem nexu obligationis esse devinctum, quo tenetur tutor. Sive protutorem consideres ratione diligentiae, sive ratione hypothecae, qua ejus bona vineta esse censentur, convenit cum tutore. Diligentia enim, et fide, qua pupillum curare, ejusque bona administrare debet, protutor non est secundus tutori. Sine ulla restrictione POMPONIVS *b*) illius rei affert testimonium: Qui pro tutore, aiens, negotia gerit, eandem fidem et diligentiam praestat, quam tutor praestaret. Quamquam hac lege solum de diligentia et fide a tutore in administrandis pupilli bonis sermo esse videatur, adstipulor tamen iis, *c*) qui ratiocinationibus ex ea, protutoris bona quoque pupillo tacite esse oppignorata, contendunt. Poteritne eadem fides a protutore pupillo praestari, nisi simul eadem fiat securitas ratione conservandorum pupilli bonorum. Quae res, si alias leges *d*) in gratiam pupillorum latas animo intuear, mihi non videtur dubia. Inter omnes constat, rationem, cur tutoris bona pro pupillo oppignorata perhibeantur, non ex tutore, sed ex securitate pupillo praestanda esse petendam. Illa sancita sunt in favorem pupillorum. Eadem ratio remanet, si quis pro tutore se gerat. Cum enim

B

rei-



reipublicae interfit, ne pupilli culpa dolove tutorum suis priventur bonis, sed potius ut ea non vulnerata conferentur, fieri non potest, ut hac in re jure fortiore tutor fruatur, quam tutor verus. Qui principalem tutoris honorem ambit, accessoriam quoque, et tutori propriam obligationem, in se ultro recepisse censetur. e)

- a) In Iure digestorum part. II. lib. 27. tit. 5. §. 2. Cui prope-
modum iisdem verbis accedit CHRIST. THOMAS. in notis
ad singulos pandectar. titul. pag. 261.
- b) L. 4. pand. de eo, qui pro tutor.
- c) AVG. DE LEYSER meditat. ad pand. spec. 341, coroll. 10.
BRUNNEMANN. Commentar. in Cod. lib. 5. tit. 45. num. 4.
& 5. BEN. CARPZOV. part II. const. 24. def. 14. ANTON.
FABER ad Cod. lib. 8. tit. 7. def. 2. DAV. MEVIUS in jus
Lub. lib. 1. tit. 7. art. 4. num. 4. & 5. VLR. HVBERI prae-
lect. I. c. pag. 1258.
- d) L. unic. C. de rei uxor. action. L. 20. C. de adminiftrat.
tutor.
- e) Arg. l. 19. §. 1. pand. de reb. autor. jud. possid.

§. V.

IVRA HAMBVRGENSIA CVM IVRE ROMANO RATIO- NE TVTORIS MAXIME CONSPIRANT.

Si jam ipsa Statuta Hamburgensia inspicio, parum illa a juris communis legibus differre adverto. Vnum, alia ut non citata sinam plurima, hic apponere liceat: a)
- - Und sol demnach zuzorderst derselbe, ehe ihm die Vormundschaft anbefohlen wird, einen leiblichen Eyd zu Gott
schwe-

schweren, daß er alles und jedes, so seinen Pflögkindern nützlich und gut ist, thun und handeln, was unnützlich und schädlich, vermeiden, unterlassen und verbüten, deren Person und Güter zu ihren Nutzen und guten Glauben verwahren, vertreten, vorsehen, von allen und jeden ihren Haab und Gütern, so denselben zuständig seyn, ein Inventarium fürderlichst aufrichten lassen, ihrer administration und Handlung zu gewöhnlicher und rechter Zeit Rechnung thun, mit vollkommener Ueberlieferung, alles desjenigen, so solcher Tutel und Vormundschaft halben zu seinen Händen kommen, und den unmündigen Kindern zuständig, auch dessen was er denselben schuldig blieben, und sonst alles thun wolle, das einem getreuen Vormund zugeböret, alles bey Verpfändung seiner Haab und Güter. Hinc tutorem idem onus defensionis et administrationis manet, eadem remanet obligatio et actio inde nascitura, idque sub hypotheca omnium bonorum expressa, b) quia in juramenti formula expresse constituta.

a) Statut. Hamburg. de anno 1603. P. 3. t. 6. art. 13.

b) Ita in annot. ad hunc. art. NIC. FECHT. I. V. L. et urbis Senator adjecit: ergo expressa.

§. VI.

IN QVIBVSDAM DIFFERVNT.

Fateor tamen, praeter hypothecam expressam, circa solemnitates magnam adhuc adstrui differentiam. Fieri enim jure Romano potest, ut quis sit tutor, quin a) a magistratu confirmetur. Iure vero Hamburgensi promiscue nemini tutelae munus exercere indulgetur, nisi

a) iudice; praestito prius iurjurandi sacramento, confirmatus et tutorum albo insertus, veniam administrationis obtinuerit. b) *Ferner sol kein Vormund, Vorsorger oder Verwalter, er sey gleich in einem Testament, oder sonst vorerzehlter Gestalt, verordnet, sich einiger Administration und Verwaltung unterfangen, ehe und zuvor ihm dieselbe von uns als der Obrigkeit decerniret und anbefohlen, auch darauf sein Nahme in das Vormünder-Buch verzeichnet worden. Haec conformiter der Policy-Ordnung zu Franckfurt. c)*

- a) Princ. L. 1. ff. de legit. tut. Cf. Magnif. Acad. ProRect. 1. N. FVNCCI eleg. comment. in leg. XII. tab. p.224. sq. p.248.
- b) Initium cit. art. Statutt. Hamburg.
- c) De anno 1577. t. 32.

§. VII.

STATVTA HAMBVRGENSIA PROTUTORIS DOCTRINAM AGNOSCVNT.

Nunc quaeritur: quid juris nostri sit in protutoribus? Quaestionem hanc; nam in ea totus dissertationis cardo vertitur, curatius esse perpendendam, et non uno eoque levi responso absolvendam autumo. Vel quaestio instituitur de solemnitatibus jure communi non necessariis, quas tamen Statuta Hamburgensia a tutoribus veris volunt observari; vel de obligatione, ad quam verus etiam tutor utroque tenetur jure? Iam ad membrum primum respondeo: Solemnitates Hamburgenses ad protutorem non pertinent; imo ipsa protutoris idea evanesceret, haec si adhiberentur. Non protutor, sed verus

verus tutor est, quisquis tutorio solemnī munitur. Ad alterum repono: eam hic loci adhuc perseverare obligationem, quae Romae cœpit, et jure Romano injecta legitur; nisi statutis nostris, contrarium volentibus, forsā sit abrogata. Verum ne uno quidem apice illa protutoribus est remissa; ergo confectarium manet, eandem obligationem in protutoribus, si qui se obruserint, huculque perdurare. Neque erubescimus, dum sic loquimur: cum lege, et quidem cum lege ultima statutorum nostrorum sic loquimur. a) *Da auch künftiger Zeit, in dieser guten Stadt sich Fälle zuragen würden, welche in diesem vorgesetzten Stadt-Rechte nicht specificirt, oder davon disponirt und Verordnung gethan: so sollen dieselben nach gemeinen beschriebenen Kayserlichen Rechten und denen im heiligen Römischen Reich publicirten Constitutionen erörtert werden.* Inde sole meridiano elucet clarius: quod protutores nostros eadem vinciat obligatio, quae Romanos. Adducta et minime fucata patriae legis verba, sic ut sentiam, persuadent.

a) Verba initialia Statutorum Hamburgensium epilogi.

§. VIII.

NEC CONSUVTUDO EI CONTRARIA CONSTAT.

Ne ipse adhibito epilogi frustra dissertationi meae vanum fucum illinivisse, et clanculum servato eo, quod superest, lectori corticem pro nuce obrufisse videar; ab hac imputatione quoque me exculpatum ibo, licet nova impugnantibus arma me porrecturum sentiam. De



De consuetudinibus citatus epilogus porro loquitur, et, quod vim acuit, has consuetudines, si laudabili et juri congruo modo sunt introductae, legibus communibus derogare, et cum ipsis Statutis urbis parem habere vigorem asserit. Verum enimvero ejusmodi consuetudines alleganti non solum regulis communibus, at etiam patriis placitis convenienter, arduum onus probandi incumbit. En me rem omnem e vero proposuisse: a) *Iedoch da sich jemand auf eine redliche in dieser Stadt wohl hergebrachte Gewohnheit, (die durch dieses Stadt-Recht und beliebte Reccesse nicht aufgehoben, oder derselben zuwider, Verordnung geschehen wäre) gründen würde, sol der Parthey solche angezogene Gewohnheit zu beweisen zugelassen seyn, wie wir denn Krafft dieses solche alte redliche Gewohnheiten confirmiren, und bestätigen, und hiemit verordnen, daß solche vorgedachte erwiesene ehrbare Gewohnheiten diesem Stadt-Recht gleich gelten, und in Erörterung der streitigen Sachen in acht genommen werden sollen.* Nulla consuetudo Hamburgensis, nulla sententia praecipuans, nihilque aliud eorum in medium adstrui potest, ex quo vel unicum vestigium notaret, ipsum, qui hic loci se pro tutore gereret, ab omni obligatione, actione, et damni per malam administrationem dati reparatione solutum esse. Ergo, cum casus supra exceptus firmet regulam in casibus non exceptis, inconcussa nulloque dubio obnoxia perstabit veritas: standum esse juri Romano, statutis et consuetudinibus urbis contrariis deficientibus, etiam et vel maxime in materia protutelae et hinc enatae obligationis; altissimum enim ubique est silentium.

a) Cit: epilogi verba continua.

§. VIII.

§. IX.

OBIECTIO REMOVETVR.

His positis videri saltem posset, in Hamburgensium republica protutorem non dari: si enim omnis tutor a iudice est confirmandus, nemini integrum manebit dubitare, tutorne sit an secus. Accedit, quod omnibus et singulis interdictum a) sit; se administrandis bonis pupillaribus immiscere, quicumque praestitis praestandis tutorum albo inserti et judiciali autoritate administrationis facultatem nacti non fuerint. Verum esto, vt est, jure et probantibus statutis nostris tales minime existere debere; ipso tamen facto existere possunt, imo saepe numero existunt. Nulla enim lex tam sancta, nulla adeo est rigorosa, quae suos non habeat transgressores homines, quippe

Nititur in vetitum semper, cupimusque negata.

Cum ergo facto ii quandoque, qui tutores non sunt, sive ignorantes sive scientes, bona pupillorum administrarent; de facto quoque protutoris nomen et obligationem fortiantur est necesse.

a) Supra citat. art. 13.

§. X.

QVIBVS OCCVRRERE POSSIT PROTUTOR, ENARRANTVR CASVS.

Casus autem occurrunt varii, quibus tertius non nemo in administrationem bonorum pupillarum, vel
omni-



omnium vel aliquorum, irrepere, et pro tutore vero se gerere possit. Hos casus VLPRIANVS ipse a) generaliter discriminat, dum docet, eum pro tutore gerere negotia, qui munere tutoris fungitur, in re im-
puberis, sive putet, sive sciat, se tutorem non esse, finget tamen se esse. Nostrum jam est genericam hanc divisionem rationibus specialioribus expendere, et institutum praesens dilucidius reddere. Potest quis putare et credere se esse, quamvis non sit, tutorem sive testamento sive lege constitutum, atque ita bona fide pupilli bona administrare, idque vel conniventibus vel nescientibus tutoribus confirmatis vel confirmandis; et, quod caput est, porro ignorare potest, supra jam recensitam confirmationem judicalem cum annexis consuetam et necessariam esse. Potest etiam secundo quis scire, se non esse tutorem, fingendo tamen & simulando se esse talem, tutoriam manum in administranda pupilli negotia injicere, sic mala sua fide vicinis, pupillo, ipsisque adeo tutoribus veris, si qui sunt, falso per spontaneam hanc administrationem ipso facto persuadere, ut pro tutore vero ab omnibus suspiciatur; imo fingere et sumum insuper spirare potest, se vel esse confirmatum, vel se nescire, ejusmodi confirmationem sibi fore necessariam. Tertio accidere potest, ut pro tutore aliquis se gerat, si a iudice incompetente confirmatus sit. b) Etsi enim ille ex Germanicis legibus tutor verus non sit, cum quisque tutorum sit confirmandus auctoritate judiciali, locum tamen habere poterit protutelaec actio.

a) L. 1.

- a) L. i. pandect. de eo, qui pro tut.
 b) Io. SCHILTER in exercit. 37. §. 185.

§. XI.

ET MAGIS ILLUSTRANTVR.

Qualiscunque horum casuum obueniat, quo quis tutorio munere fungitur, cum tamen tutor non est; obligabitur is nihilominus, et pupillus, per hanc functionem laesus, atque damni sic illati reparationem petens, in foro nostro certo certius audietur. Id non modo sperare sed etiam confidere audeo, argumento ab omnimoda paritate desumpto: Cajus mercator Sempronii mercatoris absentis negotia gesserit non rogatus, et siue dolo siue culpa hac voluntaria negotiorum gestione damnum parauerit; ad damni hujus reparationem condemnabitur per citatum epilogum modo eo, quo jure communi condemnatur. Ergo nec minus pari cum jure Romano modo condemnabitur ad eandem reparationem Titius, si Seji impuberis bona non constitutus et non confirmatus tutor, vel conniventibus vel nescientibus ueris et constitutis tutoribus, administraverit, hisque iacturam insigniorem intulerit.

§. XII.

QVÆ DE OBLIGATIONE TUTORIS IN STATVTIS LAVDATIS DICTA SVNT, COMMODA RATIONE AD PROTUTOREM APPLICARI POSSVNT.

Dixi non minus protutorem condemnandum ob malam administrationem ad damni dati reparationem, quam

quam negotiorum gestorem. Hoc assertum si adauxero et statuero: magis adhuc obligari protutorem prae negotiorum gestore, veritatem in legibus atque in ipsis adeo Statutis Hamburgensibus fundatam propugnabo. Major profecto in utroque jure favor apertissimis verbis exeritur erga impuberes horumque bona, quam erga absentem puberem et maioris hominis facultates, idque naturae convenientissima ex ratione: hic enim variis, ille modo prorsus nullo seque suaque bona valet defendere. Quia anxietate et cura vere paterna inculcant seriam sollicitudinem omnibus, qui impuberem aut minorennem tumentur et moderantur. Pauca, ne mea unius autoritate id posuisse credas, in aprico sistam. a) *Weiters sollen die Vormünder und Pfleger zuorderst fleißig acht haben, daß ihre Pflögkinder und unterjähriße zu Gottesfurcht und ebrbahren Sitten erzogen, darzu in ehrlicher Uebung, zum Studiren, Kauffhändeln, Handwercken oder andern Geschäften nach Gelegenheit und Qualification ihrer Person, auch vermögen der Nahrung, angewiesen und gehalten werden. etc.* Porro b) *Ebenmäßig sollen auch die Vormünder, mit allen möglichen Fleiß, ihrer Pupillen Haab und Güter getreulich versorgen, bewahren, und in keinen Abgang kommen lassen, und was an Bahrerschaft vorhanden, zum besten an gewisse Zinse legen. etc.* Accedit, quod laudata sapientius Statuta antiquam Romae obligationem tutoribus olim impositam cum adjecta securitate, actione et poena hodie adhuc sustentent. c) *Würde nun ein Vormund befunden, daß er in den Gütern zu Schaden und Nachtheil gehandelt, derselbe sol nicht allein, auf Anklag und Begehren der Mutter, oder anderer Verwandten, als verdächtig, der Vormund-*
schaft

Schafft entsetzt -- sondern darzu auch allen Schaden, so also durch seine Hinlässigkeit oder Versäumniß beweislich verursacht worden, zu erstatten, und zu bessern schuldig seyn etc. Quae omnia ut eo firmiora perstarent, judicialibus jurandi, cavendi et confirmandi formulis sunt munita. Cum vero his solennitatibus protutor (praeter, imo contra leges patrias) suo se facto subducat, idem tamen, quod verus tutor ageret vel agere deberet, agat; eadem quoque, qua verus tutor, tenebitur obligatione, et Statuta nostra juris communis dispositionem desuper sustinebunt, imo eam se sustinere spondent.

- a) Art. 15. cit. t.
- b) Art. 16. t. ejusd.
- c) Art. 19. ibid.

§. XIII.

PROTVTOR DIFFERT A NEGOTIORVM GESTORE.

Firmat intentionem nostram munus tutoris et protutoris natura idem, quantumvis saepe in administrandi cupiditate magna interveniat diversitas. Illud eandem generat obligationem; haec generatam in protutore intendit potius, quam remittit. Tutor namque ad administrationem cogi potest, et quandoque cogitur, dum e diametro in eandem functionem ultro se intrudit protutor. Fortius ergo obligabitur spontaneus prae cogendo et coacto administratore; nec prior de obligationis et reparationis onere queratur: liquidem expedit, ut

Hoc portet leviter, quod portat quisque libenter.
 Quibus praemissis, responderi poterit, utrum negotiorum gestor et protutor plane conveniant? Negantium sententiam sequor. Negotiorum gestor vel latiori, vel angustiori accipitur significatu. Si illum putes, omnino protutor recte dicitur negotiorum gestor, ita, ut omnem protutorem appellare negotiorum gestorem, at non cuilibet negotiorum gestori nomen tribuere possis protutoris. Qua ratione, si protutor se obtruserit tutelae, eandem diligentiam ac negotiorum gestor, praestare tenetur. Inde non omni ratione convenio cum acutissimo Icto I. H. BOEHMERO, a) qui, negotiorum actionem majorem diligentiae praestationem desiderare, quam actionem protutelae, contendit. Si vero ponas angustiore significationem negotiorum gestoris, hic a protutore differt. b) Protutoris enim bona pupillo tacite oppignorata sunt, quod secus in negotiorum gestore.

a) Doctr. de actionibus Sect. 2. cap. 6. §. 20. lit. s.

b) L. 4. C. qui dare tutores.

§. XIV.

NEC STATVTIS HAMBVRGENSIBVS NOMEN PROTUTORIS PLANE ADVERSATVR.

Sat jam fit in dubio scripsisse, et argumenta contra rubrum nostrum adduenda removisse. Nunc retracto velo adversario cuidam nuper glorianti ac insultanti in faciem dicendum, statutis Hamburgensibus non ignotum esse protutoris nomen et proterviam, in iisque de-

determinatam reperiri obligationem, et hypothecae legem et constitutionem; imo insuper poenae arbitrariae comminationem esse appositam. Haec singula apertis si demonstravero documentis, credo fore, ut cordatorum quisque fateatur, me fronti dissertationis appensae pollicitationi ex integro satisfecisse.

§. XV.

ET IN SPECIE COMMONSTRATVR.

Protutoris nomen et obligationem habet Statutum vetus: a) — — *Wor oock jemandt mede unmmündigen Lüden Sacke handelte alse ehre Vormündere, de doch neen Vormünder wäre, isß er da solck Handel Schaden effte Nadehl inbringet, de schall he sulven dragen, unde nicht das Wedderpart edder de Unmmündige, des he sick annimt hefft vermechtiget.* Sique plenius quis convinci desiderat, is adjectam margini notam legat. b) *Wer als Vormund die Sachen der Unmmündigen betreibt, der kein Vormund ist, der muß allen daher rührenden Schaden allein tragen.* Certum igitur indubitatumque est, dari aut saltem hic dari posse protutores, hosque ad omne damnum sua ex administratione illatum, teneri et obligari.

a) *Hamburger Stadt-Buch de anno 1292. oder vielmehr 1497. litera D, §. 5.*

b) *Adjecta h. §. margini glossa in thesauro J. Provinc. et Statut. ill. Germ. Band I. Abhandl. I. pag. 650. & 651.*

§. XVI.



§. XVI.

ISDEM STATVTIS NON REPVGNAT PROTVTORVM
TACITA HYPOTHECA IN FAVOREM
PVPILLORVM.

Bona vero protutorum tacita hypotheca pupillis ipso etiam facto devincta esse, adductis Statutis convenienter luculenter evinco. Ostendi supra §. V. tutorum bona ex Statut. Hamburgens. Part. III. t. 6. art. 13. hypotheca onerari. Orditur hic articulus sequentem in modum: *Ferner sol kein Vormund, Vorserger, oder Verwalter etc.* quod latine aliter cum verisimilitudine vix reddi poterit ac: porro nullus tutor, curator, aut qui pro tutore vel curatore se gereret etc. Hinc consequens est, quod protutoris facultates ea ratione securitati et indemnitati pupillorum servire debeant, qua tutoris. Confirmat sententiam meam IO. IOACH. MÜLLERVS, I. V. D. et quondam in Jud. Inf. Hamb. Actuarius, docens a) teneri tutores jure nostro sub hypotheca expressa bonorum ob insertas juramenti formulae voces: *bey Verpfändung seiner Haab und Güter*: Et in continenti sciscitans: quorsum ergo hypotheca tacita? Habebit, inquit, usum in protutoribus et qui pro curatoribus administrant. Quid hac doctrina clarius, et quidem doctrina viri de patria optime meriti, hujusque jurium maxime gnari? Jurant, ait, tutores veri, se bona pupillorum commissorum candide administrare velle, et, ne metus subsit aut periculum, sua ipsorum bona hypothecae legi subdicere; sed quum ita jurant, haec

haec hypotheca expressa potius quam tacita dicitur. Contra autem protutores cum non jurent, in tacitam saltem hypothecam consentiunt, et re ipsa horum bona tacite pupillis sunt oppignorata.

- a) In suis annotationibus Mscr. ad Statutt. Hamburgens. Part. III. t. 6. art. 13. im Band I. Abhandlung 2. pag. 817. recensiti thesauri.

§. XVII.

QVOD CONTINVATVR.

Ne tamen de obligatione varia lector somniet, quum variam legerit adstructam in bonis tutoris et protutoris hypothecam, perpendat, eundem jure nostro tacitam hypothecam, quem facit expressa, habere effectum. Ita mecum sentiunt ipsa Statuta Hamburgensia. a) *Ebenmäßig auch, wenn ein Vormund oder Vorsorger, seiner Pflegkinder Güter in Verwaltung hat, so seyn desselben Haab und Güter den Pflegkindern zu alle demjenigen, was er ihnen obgesagter Verwaltungen wegen zu thun verpflichtet, ob er gleich dieselbe anfangs ausdrücklich nicht verpfändet hätte, wie doch vermöge nachgesetzter unserer Ordnung im 3. Theil tit. 6. von Vormund- und Pflegschaffien art. 13. so hinführo beschehen sol, stillschweigend verbunden.*

- a) Stat. Hamb. part. 2. tit. 4. art. 15.

§. XVIII.

§. XVIII.

MAIOR FAVOR PROTUTORI QVAM TUTORI NON
PRAESVMITVR.

Denique protutori nullum in Statutis Hamburgensibus favorem praesumi posse, toties adducti a nobis articuli vetantes, ne quis sine magistratus confirmatione tutelam affectet, sat superque evincunt. Ratio, cur nemini liceat sine confirmatione praevia tutorium munus exercere, haec sola est: ne scilicet pupillorum bona quidpiam capiant detrimenti; non ut protutor ab obligatione quadam liberetur. Sic ordinatio imperii Francofurtana *a)* sancit; sic jus Lubecense *b)* iudicat; sic ille noster sancitum et iudicatum Hamburgi quoque prodidit, *c)* quod sine senatus confirmatione se tutelae immiscens puniatur; non autem, quod ab ulla obligatione solvatur.

a) Reichs-Policey Ordnung de anno 1548. und 1577. tit. 32.

b) L. 1. t. 7. art. 2.

c) JACOBVS BLOCK in J. Civ. ac Can. cum Statut. Hamb. differentiis, diff. 92.

§. XIX.

Atque haec scripsisse sufficiat de protutoris obligatione ex jure Romano per Statuta Hamburgensia nunquam abrogata; ne finis propositi et consilii mei limites excedere videar. Favente Dei Ter Optimi Maximi clementia caetera subinde, quae ad hoc argumentum adhuc pertinent, forsitan alio tempore publici juris faciam.

CO-

COROLLARIA.

I.

Pincipium rationis sufficientis et contradictio-
nis rectius dicuntur media, quam princi-
pia omnis cognitionis humanae prima. Sen-
satio enim est principium omnis cognitionis hu-
manaе primum.

II.

Datur bellum utrinque iustum.

III.

A vero alienum est, jus et obligationem semper
esse correlata.

IIII.

Qui ob verba Pauli: καὶ ὁλοκλήρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα,
καὶ ἡ ψυχή, καὶ τὸ σῶμα ἀμειπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ
τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ τηρηθεῖ: et integer ve-
ster spiritus, et anima, et corpus inculpate,
in adventum Domini nostri Iesu Christi con-
ser-

serventur, Epist. ad Thessal. I. cap. 5. v. 23.
coll. Luc. cap. I. v. 46. 47. homini tres par-
tes adscribit, nos non habebit dissentientes.

V.

Religio naturalis et revelata sibi non sunt coordi-
natae, sed subordinatae.

VI.

Maturus foetus servandae matris causa est occi-
dendus: quare abortus accelerandus est, ut
mater gravida a gravi morbo et morte libe-
retur.

VII.

Consultius est personis ad melancholiam et mani-
am ex hereditatis vitio dispositis matrimoni-
um interdicare quam permittere.



Act. 4. Thresh. obvolles de ius quinzani de fidelibus.

(x225 7030)



DISSERTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
DE

3,83 518 4
1768, 1.
PROTVTORIS OBLIGATIONE
EX IVRE ROMANO
PER STATVTA HAMBVRGENSIA
NVNQVAM ABROGATA

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

FRIDERICO II.

HASSIAE LANDGRAVIO PRINCIPE HERSFELDIAE COMITE
CATIMELIBOCI DECIAE ZIEGENHAINAE NIDDAE
SCHAVENBVRGI HANOVIAE
AC RELIQA

PRAESIDE

IOANNE NICOLAO MOECKERT

PHILOSOPHIAE ET IVRIVM DOCTORE EORVMQVE ET MORALIVM
PROFESSORE PVBL. ORD. H. T. FACVLTATIS IVRIDICAE
DECANO

DIE III IVLII *cl b CC LXVIII*

PRO

CAPESSENDA IN VTROQVE IVRE LICENTIA
PVBLICE PROPVGNDAM SCRIPSIT

AVGVSTVS FRIDERICVS LODDE

SERENISS. AC REVERENDISS. EPISCOPI LVBESENSIS CANCELLARIAE ADSESSOR
ET IN CVRIA HAMBVRGENSI ADVOCATVS.

RINTELII

STANNO I. G. ENAX, ACADEMIAE A TYPIS.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100